

1402

pro astension in declinatio { sept. minue / Meridiot adde } arcum

pro descension in declinatio { sept. et adde / Meridiot minue } arcum



Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Joanni Archiepiscopo Strigoniensi Joannes Germanus de Regiomonte se humiliter commendat:



Magnam esse admodum et fuisse semper in edendis libris difficultatem michi videri solet, dum revolvo maiorum nostrorum exemplaria, ac presentium eorum exordia conspicio, ubi plerique tenuitatem ingenioli sui dissimulant, non suffecturam videlicet cepto operi. Alii vero arduitate temptati negocii pene deterreri videntur. Nonnulli erratibus suis veniam dari volunt, dubiam scribendi fortunam haud iniuria suspicantes. Michi autem Reverendissime domine aliud preterea accedit, quod factu prorsus impossibile reor, assidue scilicet iussioni tue morem gerere, ac demum indigno tuo non magis acuto quam erudito dignum aliquid reddere. Tue profecto memorie nefas est committere, qui enim licentius in me habeat imperium preter te ingratus nemo est. Ubi autem lucubrationes meas coram te tam rigido quam perspicacissimo censore deprompsero labascet illico animus. Quis enim eruditissimis litteris aliquid novarum litterarum impune tibi afferet, quippe qui omni doctrina ac virtute mirum in modum preditus es, divinarum humanarumque rerum plena tenes cognitionem, omnibus cuiuscumque litterature cum te prebeas auditorem, omnes tamen excellentissima eruditione tua antecellis, adeo ut discipulos sese fateantur quicumque in habitu preceptorum ad te accesserint. Quibus etiam profundus in sacris existas litteris nemine ignorare arbitror. Quid referam de iure pontificio, cuius noticia quidem ornamento tibi est, usus ac dignitati tue necessarius, quippe qui supra omnes prelatos regni Ungarie primatum tenes. Universa demum philosophia tibi familiaris est, disciplinae autem quadriviales decus et gloriam pepererunt. Quis si ad negotia humana transcendi detur licentia quis non admirabitur immensam tuam prudentiam, ex qua totius regni Hungarie gubernatio pendet. Ita tamen foris publica tua ut domi quoque magnificentia tua ineffabilis demonstretur. In arce namque Strigoniensi ad cuius restitutionem assidua et si nullis parcas impensis longe tamen ampliori sumptu solertiaque studio bibliothecam preciosissimam ac omni genere codicum refertissimam instituisti. Quantam preterea et quam perhennem curam habeas condendi studii generalis, toclamatum iampridem esse arbitror, cum ex universis litteratorum consortiis omnium professionum doctissimos quosque viros accersere soleas, officio fretus regii cancellarii supremi. In cepto felicissimo me quoque Viennensis collegii alumnum connumerari adesse voluisti, doctorem videlicet quadrivialis facultatis. Veniens igitur voluntatique tue morem gesturo michi imprimis id mandati dedisti, ut tabulas quasdam directionum componerem, que et usu faciles et iudiciis utiles essent.

asserit

Recte quidem animadvertisti difficultatem huiusce rei, quam pro certo omnes astrologi ceu
horrendum scopulum declinant. Nemo enim est qui sese tantis retibus
satis expedire possit, tametsi multivaria huius negotii precepta passim reperiantur.
Hali nempe in tertio libro suo artem directionum esse complementum iudicii
natalium, quamobrem operepretium duxerunt complures tabulas solvendis nodis, que tamen
mea tempestate nusquam reperiuntur. Parmensis quidam archidiaconus auctores
secutus tales composuit ad medium sexti climatis, imbecilles tamen ac a
mente Ptolomei eiusque commentatoris, immo et ab opinione propria, quod fedissimum est,
longe alienas. Nam et ipse modum dirigendi per speram solidam circulo semi-
circuli meridiano et orizonti coeuntis summopere laudat, et Ptolomeum idem quod
verum est sensisse arbitratur. Postremo tamen in tabulis suis ponit fiduciam,
ignorans utique quantum his duobus modis interesse possit discriminis, quod
revera quandoque absurdum dictu nonnunquam excedit. Erit forsitan qui Pto-
lomeum clarissimum eiusdem quoque vitii insimulabit, quippe qui in tertio
quadripartiti sui agens de spatio vite paulo antequam ad duos dirigendi
modos descendit totius artis iacit fundamentum, necessarium quidem ratus
in directione sequentis loci positionem similem fieri positioni antecedentis, id
fieri nequaquam accidere nisi locus sequens traducatur ad semicirculum in quo statuebatur
locus antecedens, quod et Hali expositor eius confirmat. Verum duo modi eo-
rum exemplis a computatione directionum qua innixus Parmensis ac pene omnes
alii utuntur non discrepat. Quid igitur de tanto prudenti atque eruditissimo viro sentiemus,
nimirum tacitum pariter repugnantes asseruisse suas imprimis suspicabimur. Cre-
do equidem Ptolomeum et serio tradidisse fundamentum artis per semicirculos, rigidi
et modum iuvandi approximare voluisse quamvis difficile adeo ut perplexum potius reddat
auditorem quam doctum. Satius ego putabat ipse viri visum quam veritatem ipsam radicitus que-
rendo desperare, supputationes quasdam breviores veritati propinquas exposuit, quod haud
quaquam mirum videri debet, cum et mea etate Reverendissimus ille Ioannes Gazulus
Ragusinus Ptolomei eruditissimus, Bebeque acutissimi ac aliorum plurimorum doctrinas acceptans,
illa tam prorsus iuvandi facultate in directionibus ac equandis domibus adiungat, quam ymo
turba maiorum multis nimirum argumentationibus agitavit. Quanta itaque difficultatis in hoc
existat negocio satis liquet. Quid autem commodi nativitatem per circulos quoque artis direc-
tionis promptitudo nobis illata fuerit, ex libris meis abunde colligere, ubi ipsa futurorum
accidentium omnium per directiones potissimum investigari solet. Tanta igitur utilitate presul dignissime
directionum tabule afferent, quas petebas in quamcunque regione latitudine. Ego regionum non exce-
dente sive significator dirigendus in circulo solari existat sive ab eo versus altum polum
recedat, in quibus maximam solis ab equatore supposui declinationem trium et viginti graduum
cum dimidio, observatoribus modernis maiorem non admittentibus. In quam demum re-
gione duodecim celi domicilia constitue ac in eis stellas distribue, aliaque plurima
scitu iocundissima per hasce tablas addiscere licebit. Eas itaque primitias operum
suscipe dignetis quatenus ubi per acumine ingenii tui probavis in publicum prodire
iubeto. Vale presulum decus.

1



Eclinatom planete locum habentis cognitu brevit invenire.
Quere signu et gdum loci plte in late' dextro table declina
tonum si fuerit in medietate zodi ascendente. ul in sinistro
si in medi te descendente extiterit Latitudine at si qua habet
in late' superiori transverso et in angulo comuni offendes
declinatom plte quesita. septentrionale quidez si sup' scala
rubeam. meridiana at si infra ea repta fuit. Qd si longio
plte ul latitudo eius a' utraqz no fuerit repta expresse in latibus tabule.
Agendum est dupplici introitu ut assolet hoc pacto Intrabis primo cu longitue
et latitudine proximo minoribus et angulu comune extra notabis. Eum demqz
angulu comez offeres ad numeru immediate sequentez inferiorem videlicz si longio
plte in late' sinistro table accepta fuit. aut superiorem si in late' dextro. et de dra
horum numeru accipies ptem pportonale scdm pportom minoru inter gdus integris
longitudinis exeuntis ad 60 minuta. addenda quidem angulo comuni si ums sequens
ipo angulo com maior fuerit. minuenda at si minor. qua pte pportonalem
servabis seorsum cum nota additois ul minutois uti res ipa postulat. Dein
pariformiter conferes angulu comez memoratu ad num ei collateralem versus sin
istra quidem si latio septemtrionat fuerit. versus dextra at si mdiana. et de dra
anguli comunis numiqz collateralis accipies pte ppor le scdm pportom minutorum
latitudinis ad 60. addenda item ut prius si illus collateral angulo comuni
maior fuit. minuenda vo' si minor. Has itaqz duas ptes ppor les coniunges
si ul ambe fuerint addende ul ambe minuende. aggregatuqz earu angulo com
adiicies si addende fuerint. a' ab eo demes si minuende extiterint. collectus em
numerus aut residuus declinatom quesita manifestabit Si vo' altera memoratarum
ptium ppor lium addenda fuerit altera vo minuenda. fuerintqz ipe equales. angulus
coms pro declinatoe intactus plte habebitur. Si at inequales extiterint. dra
earu adde' angulo com si maior pars ppor lis addenda erat. a' minue' ex eo si
maior minuenda fuerit Et qd collige' hoc pacto ul relinque' declinatoz plte
comprobabit. septemtrionale quidem ut prius si sup' scala rubea stetit angulus
coms. mdiana at si infra. Contingit at nonnuqz scala rubea intercipe angulum
comem et num immediate sequentem. tunc itaqz angulus coms iungendus e nuo imedi te
sequenti et cum aggregato agendum est p pte ppor li elicienda ut tandem cu dra an
guli comunis numiqz sequentis. Verum si postremo no posset fieri subtractio
ab angulo com fiat econtra subtrahendo. vzt angulu comem ab ipa pte ppor li
et relinque' declinato quesita alterius tamen denotacois qz erat angulus coms
At si planeta nulla habuit latitudinem intrabimus pfatam tablam cu loco
vo' plte. et ex directo eius in columella media supra qua nlla scribitur nu
merus latitudinis habemus declinatoz quesitam. Similr agemus plta
latitudine habente in minuts duntaxat. hoc uno tamen adiecto qd de
clinato in angulo comuni occurrens conferatur ad num ei collaterale sinistrum

quidem si latitudo septemtrionalis fuerit, dextrum at si meridiana. et de differentia
numerorum accipiatur pars proportionalis quemadmodum superius monitum est. Qua
nis aut de planetis solum huiusque sermo sit habitus. Fit tamen hec tabula
stellis etiam fixis accommodata, illis videlicet que latitudine octo graduum ab
linee solari haud quaque egrediuntur. exemplar ¶ In exemplo facilius fortassis accipies
habeat planeta quispiam gradus 12 minuta 14 geminorum cum latitudine septem
trionali graduum trium et minutorum 28. Investigaturus igitur declinationem
eius ab equatore, video gradus 12 virginis in latere sinistro tabule. Tres at
gradus latitudinis septemtrionales in fronte eiusdem tabule. sub quibus descendo usque ad nume
rum 12 graduum geminis. ubi offendo numerum anguli communis graduum 9 minutorum 41.
cuius quidem anguli communis et numeri immediate sequentis differentia est 23 minuta. De quibus
accipio partem proportionalem secundum proportionem minutorum 14 longitudinis ad 60. que
scilicet partem que est fere 6 minuta. Hec aut pars proportionalis minuenda est si numerus sub-
sequens angulum communem minor eo fuerit. Simile operor angulum communem
ad numerum ei collateralem versus sinistra. quoniam latitudo planete septemtrionalis
subiecta est. et de differentia que est 44 minuta accipio partem proportionalem secundum proportionem 28
minutorum latitudinis ad 60. illa pars proportionalis est 22 minuta addenda videlicet
si numerus collateralis angulo communi minor occurrerit. Dempta itaque parte proportionali
longitudinis ex parte proportionali latitudinis manent minuta 16 que adiungo angulo
communi. et tandem invenio declinationem planete septemtrionalem 10 graduum et 1 minutorum.
Reliquas aut varietates operationum cum et faciles sint et ex iam memoratis
elici possint ingenio tuo relinquendas censuimus ne diuturnitati potius quam
utilitati studuisse videamur.

Quiuslibet planete vel stelle fixe declinationem generaliter computare.
Ex precedenti didicimus quo pacto cuiusuis stelle latitudinem
octo graduum non egredientis declinatio investigetur. Cum autem plurime
stelle fixe multo latius evagentur quarum influxus tum propter tot
porum magnitudinem tum propter earum ad alias sive fixas sive erraticas colligatio-
nem vel coniunctionem summope animadvertendus est. siquidem stelle fixe ptolomei te
stimonio dant dona grandia quibus sepe numero infauste finiant. Decrevimus ge
neralem declinationum computationem tradere, quo cautius atque abundius genituras
iudicaturi accidentia futura previdere possint. Intrabis igitur tabulam declinationis generalem
cum longitudine stelle, accipiendo videlicet gradum longitudinis in latere tabule sinistro
si nomen signi in fronte tabule receptum fuerit. In latere at dextro si in calce ta
bule nomen signi offenderis. et numerum ex directo eius gradus occurrentem qui in sibi
arcus seorsum notabis cum denominatione sua septemtrionali videlicet si signum lon
gitudinis stelle fuerit septemtrionale. Meridiana at si meridianum. Est at arcus huiusmodi
portio circuli latitudinis per stella incedentis inter equatorem et iter solare comprehensus.
Notabis etiam numerum multiplicandum graduum stelle obiectum. Deinde latitudinem stelle
iunges arcui servato si eandem cum ipso arcu denominationem habuit. erit quod

2

29

Quando per arcum quem accipis sinus recte fuerit accipiendus est sinus ultimus [illegible] figure a parte dextra Et ergo quis per sinum quesitum arcum [illegible] invenies [illegible] in area table [illegible] illos ultimus [illegible] figure [illegible] table computas

3

aggregatum eiusdem denominationis cum ambobus aut alterum ex alio de
me latitudine scilicet ex arcu memorato a arcum ipsum ex latitudine si diversarum
fuerint denominationum. Residuum autem eam sortietur declinationem quam habebat
id a quo facta est subtractio. Tale itaque aggregatum vel residuum si quod fuerit
erit arcus circuli latitudinis stelle inter equatorem et verum locum stelle comprehensus.
Namque nullum esset huiusmodi residuum quod accidit dum latitudo stelle et arcus
circuli latitudinis inter equatorem et eclipticam equales quidem sed diversarum extiterint
denominationum. nullaque prorsus ab equatore declinatione stella ipsa pateretur.
Per sinum igitur rectum arcus iam nunc memorati multiplicabis numerum multiplicandum
superius servatum et a producto quinque primas figuras versus dextram demes unitate
relictis adiuncta si relicte figure plus 40000 denotaverint. hoc enim pacto
sinum rectum declinationis stelle cognosces. cuius arcum tabula sinus ex templo
suscitabit. qui quidem arcus erit declinatio stelle quesita. Eandemque sortietur
denominationem quam habebat supradictum aggregatum vel residuum. Ne autem
paulo remississimus precepisse videamur si quando numerus graduum loci stelle minuta
quepiam tulerint propter differentiam introitum table ad integros gradus facte hoc unum
generale iubemus agendum esse dupplici introitu ubi opus fuerit quemadmodum
in precedenti monimus ac in aliis tabularum operibus fieri solet. quod qui non prius
didicerint quam hasce aggrediuntur tabulas ineptius doctrine nostre censebuntur auditores.
Iam proposito nostro breve accomodabitur exemplum. Sit stella cuius in fine duo — In exemplo
decimi gradus Geminorum habens latitudinem borealem trium graduum. Computaturo
igitur michi declinationem eius occurrit nomen signi in latere table. quapropter accipio
12 gradus in latere dextro table in quorum visu sub nomine signi offendo arcum
septemtrionale 4 graduum et 39 minutorum. numerum quoque multiplicandum 92428. arcui
iam dicto addo tres gradus latitudinis stelle. resultat arcus 10 graduum et 39
minutorum. cuius sinum rectum scilicet 11089 duco in 92428. producuntur 1026012992
a quibus dempto primas quinque figuras versus dextram et relinquuntur 10250 sinus
scilicet rectus declinationis quesite. cuius arcum tabula sinus supponens semidiametrum
circuli 60000 particularum reddit 9 graduum et 41 minutorum

3

Cuiuscumque planete ascensionem rectam facile venari. Intra tabulam
celi mediationis cum vero loco planete ac latitudine eius si quam habet
et in angulo communi videbis ascensionem rectam ab initio arietis computandam.
Si tamen longitudinem planete vel latitudinem eius aut utramque
non inveneris precise in lateribus tabule. ingredere cum numero proximo minoribus. et numerum
anguli communis seorsum nota. Deinde subtrahe dictum numerum anguli communis a numero immediate
ei subiecto accomodatis 360 gradibus si opus fuerit. et de differentia eorum accipe partem
proportionalem secundum proportionem minutorum que sunt ultra gradus longitudinis ad 60 minuta. huiusmodi autem
partem proportionalem semper est addenda in hoc negotio. Scribe ergo eam seorsum cum nota additionis.
Similiter compara angulum communem ad numerum dextro lateri eius vel sinistro uti processus
latitudinis exigit adiacentem. et minore eorum dempto ex maiore. de differentia accipe

ptem pportonalem scdm pportom minutorum iuxta gdus latitudinis ex 1 inur
ad 60 mita que ps pportonat addenda quidem erit qn nus tollateralis anglo
gminum maior extit minueda vo qn eo minor. Si itaqz ambe ptes ppor les
addende fuerit tollige eas et congeriem angulo gminim adnetias. Si aut
ambe minuede aggregatum earum ex angulo gm minuas. Q si alta quid
earum addenda fuit alta aut minueda, dram earum adde angulo gminum si
maior ps pportonalis fuit addenda, a minue si maior minueda fuit.
Qd em huat lege ul tolligetur ul residuabit asensione rectam plte inabit
In huioi aut opatone nonnugz tolligimi plures qz 360 gdus. tunc itaqz 360
abijciendi sunt et residuum p asensioe recta tenedum. Stelle at latitue
penitus carentis asensiom rectam inuenies ul in columnella media tu figa
b. supscribitur ul p tablaz asensionum rectarum queadmodu gmt fieri solz
Preterea contemplandum est qd in pncio table sub latitudine septem li et in
fine eiusdem sub latitue mediana otingit aliqn nim angli gmis esse maiorz
346 gdibus et nm tollateralem dextru maz ul sinistrum minorz 2 gdibus
aut etonce. tunc itaqz minori eorum adiugendu est totus tirculus 360 gdum. et
aggregato vtedium est atsi fuisset reptum in tabula p pte pporali at tetis opibus
absoluedis. Quicquid aut de pltis hactenus prep ma de stellis fixis. est atcipi
endum est latitudinez 8 gdum nequaqz excedentibus ¶ In exemplo repetatur
stella qua vsi sumus in pmo pblemate ex directo 12 gdum tirtulus sub latitue
tem gdum septemtonali inuenimus gdus 162 mita 32. cuiq nm et pximo
sequentis dra est 46 mita. de qua dra atcipio ptem ppor le scdm pportoz 14
minutorum ad 60 hz. Est aut ps illa ppor lis 12 minutorum addenda. Item dextr nmi
angli gmis dempto ex nmo tollaterali sinistro relinquit 32 mita. quorum ps ppor
scdm 32 minutorum ad 60 est fere 10 mita addenda. Congregatis itaqz huioi ptibus
ppor lbz et congerie earum adiecta ipsi anglo gm resultabunt 162 gds et 48 m
Tantam igitur pronunciabo asensionem rectam stelle pposite

Asensione rectam cuiuscumqz stelle generalr inuestigare. Intra tablaz
celi mediatonum gnalem cum vero loco longitudinis stelle. et arcu
equatois ex directo eius reptum seorsum scribe tu nmo multiplicando.
Arcum maz qui inscribitur radix asensionum. Est aut arcus huioi
porco equatois int pricipium arietis et circulu latitudinis stelle compheensa. Dein
cum declinatoe stelle ingrede tablaz secunda et nm ibide reptum duc in
nm multiplicandum ia pdem scriptum. a productoqz pmas quatuor figuras versus dex
tram abijce. reliquum residuus nus solus. a cum vnitate si abiecte figure plus 10000
significauerint erit sinus rectus cuiusda arcus equatois intercepti a circulo latitudinis
et circulo declinatonis p veru locu stelle transeuntibus. quere itaqz arcu eius per
tablam sinuum. eum arcu qui a plerisqz vocatur dra transitus stelle p celi mediu
adde radici asensionum si verus locus stelle fuerit in medietate ecliptice descendenti
que videlz a capite cancri incipit et ad initiu capricorni p libra intercedendo desinit

Et stella ipsa habuit declinationem septentrionalem. Quod si stella fuerit in medietate ascendente cum declinatione meridiana. Sed si fuerit in medietate descendenti cum declinatione meridiana vel in medietate ascendenti cum septentrionali declinatione minue productum arcum a radice ascensionum, quod enim hoc pacto evenerit vel addendo vel minuendo prout res ipsa postulat erit numerus ascensionis recte computandus in equatore ab initio arietis. Quod si non potuerit fieri subtractio differentie ascensionis per celi medium ab ipsa radice ascensionum, adiungendus est integer circulus 360 graduum memorate radici ut ab aggregato possit fieri subtractio. Si preterea stella nullam habuit declinationem, radicem ascensionum pro ascensione recta stelle tenebis. Hoc demum non silentio preterundum quod cum quilibet sinus rectus minor sinu quadrantis duos habeat arcus, unum scilicet minorem quadrante, alterum autem maiorem eo, tunc quidem accipiendus est arcus minor quadrante cum arcus circuli latitudinis per stellam transeuntis qui inter equatorem et verum locum stelle comprehenditur minor quadrante circuli extiterit. Tunc autem maior dum ille quadrantem superabit. ¶ Verbi gratia repeto stellam cum in secundo problemate circiter 12 gradus virginis cum 6 gradibus latitudinis septentrionalis. Intravi igitur michi tablam celi mediationum equalem cum 12 gradibus virginis obviavit radix ascensionum huius 160 gradus et 29 minuta numerusque multiplicandus 22490. Huic stelle in secundo problemate computata est declinatio septentrionalis 9 graduum et 41 minutorum, quibus mediantibus per tabellam secundam duplici introitu invenio multiplicatorem 11363. Eum duco in 22490 procreantur 226946140 a quibus resecto primas quinque figuras vice earum tamen addendo unitatem relicto numero quinque quidem excedunt 10000 sic habeo 2210 sinum rectum differentie ascensionis per celi medium cuius arcus est 2 gradus et 4 minuta que adiungo radici ascensionum et resultabit ascensio recta quesita 162 graduum et 32 [minutorum].

Ex ascensione recta cognita arcum ecliptice sibi coascendentem indagare. Quere numerum ascensionis recte in corpore tabule ascensionum rectarum et ex directo eius in fronte quidem signum zodiaci in latere autem dextro vel sinistro numerum graduum eiusdem signi habebis. Si autem ascensionem rectam propositam non inveneris precise in area tabule memorate, accipe duas ascensiones rectas in tabula expressas quarum alteram quidem proximo minor extat ascensione proposita alteram autem immediate maior, et minorem earum ex maiori dempta numerum reliquum appellabis primum, qui quidem est porcio unius gradus ecliptice debita. Deinde predictam ascensionem minorem subtrahe ab ascensione recta proposita et residuum pro numero secundo teneto. Tercius autem numerus semper erit 60 minuta. Duc itaque secundum in tercium et productum divide per primum, quod namque huiusmodi divisione partitum fuerit de minutis adiciendum erit numero graduum ecliptice ex directo ascensionis recte minoris inspecto et colliges numerum graduum atque minutorum quos habet arcus ecliptice quesitus. ¶ Sit verbi gratia ascensio recta data 91 gradus et 42 minuta, quia non invenimus precise in area tabule ascensionum rectarum. Sed proximo minor ea est 91 gradus et 38 minuta, proximo autem maior 92 gradus et 42 minuta. Harum ascensionum differentia est unus gradus et 4 minuta, id est 64 minuta per resolutionem, erit primus numerus. Minor deinde dictarum ascensionum subtracta ex ascensione recta proposita relinquit 16 minuta secundum scilicet numerum. Tercius autem numerus erit 60 minuta. Duco igitur secundum in tercium producuntur 960 sed

exemplum

4

ymo ex

que divisa per primum numerum scilicet 64 que elicitur sunt secunde minuta addenda 1 gradibus tantum

6 Punctum ecliptice cum quo stella quevis celum mediat presentarum
huiusmodi punctum eclipte non potest facilius ac brevius invenire quam per
ascensionem rectam ipsius stelle. Quorum premittendum erat quamquam
lege tamen ascensionem rectam computare licet. Sed ipsa ascensio recta
sepenumero utilis est et precipue in directione significatoris cuiuslibet cuius si
punctum cum quo significator talis celum mediat ignoretur. Unde seorsum
docere libuit computationem ascensionum rectarum ne quis directurus significatorem
quempiam arbitraretur opus esse inventione puncti cum quo significator huiusmodi celum mediat.
Ad rem igitur redeuntes primo ex altero duorum antecedentium documentorum tertio
scilicet vel quarto didicimus ascensionem rectam stelle proposite. Querimus eam in tabula ascensionum
rectarum ab ariete incipientium, et ex directo eius in capite quidem tabule signum
in latere autem gradum eiusdem signi cum quo stella talis mediat celum. Duplici etiam
introitu si opus fuerit offendemus. Talis enim ascensio recta communis est stelle proposite
et gradui vel puncto ecliptice cum quo ipsa mediat celum. Huiusmodi ac problematis
exemplum si desideras ad precedens problema refugiendum est.

1 Arcum ecliptice quotcumque in omni regione cuius latitudo sexaginta gradus
non excedit ascensionem obliquam per computum tamen depictare. Cognita
latitudine regionis ad quam operari institutus es vel elevatione poli supra
orizontem quecumque voles intra tabulam ascensionum obliquarum ei subie-
ctam cum signo et gradu finali arcus propositi et in angulo communi habebis ascensionem
obliquam respondentem arcui ecliptice proposito computandam quidem a sectione vernali si
arcus ecliptice datus ab eadem sectione sumpserit initium. Sive aliunde arcum quempiam
ecliptice inchoamus, querere primo ascensionem obliquam principio eius debitam secundum modum
iam nunc traditum. Deinceps precise invenies ascensionem obliquam fini eius attinentem
addiscas, subtracta enim ascensione obliqua principii ab ascensione obliqua finis eius
accommodato integro circulo si opus fuerit, relinquetur ascensio obliqua arcus propositi.
Memento tamen agendum esse duplici introitu ut assolet si que vel gradus integris
minuta fuerint in arcu ecliptice proposite. Si demum elevatio poli minuta quedam habuerit
operare primo per elevationem poli proximo minorem secundum modum iam expositum. Deinde
per latitudinem proximo maiorem et inventa duplici ascensione obliqua ad eundem arcum
ecliptice minorem deme ex maiore, relicta namque differentia respondebit uni gradui elevationis
poli, de qua accipe partem proportionalem secundum proportionem minutorum ultra gradus integros elevationis
poli existentium ad 60. Hanc itaque partem proportionalem adde ascensioni oblique prime si ipsa
minor extiterit ascensione obliqua secunda, vel ab ea minue si ipsa prima superavit. Sic
namque quod alto horum modorum eveniet ascensionem obliquam notabis quam querebas.

exemplum In exemplo facilius accipies. Habeat arcus quidam ecliptice 12 gradus et 14 minuta
virginis, volo invenire ascensionem eius obliquam in regione cuius poli elevatio 41
gradibus et 24 minutis. Intro cum 12 gradibus virginis tabulam 41 graduum et invenio
144 gradus et 26 minuta quos demo ex 141 et 1 minutis que respondent 13 gradibus
gradibus

Virginis in eadem tabula 21 graduum, de differentia autem relicta que est unus gradus et 21 secunda accipio partem proportionalem secundum proportionem 21 minutorum ad 60, hec pars proportionalis est 20 minuta fere addenda prime ascensioni oblique. Item eandem ascensionem primam confero ad 144 gradus et 29 minuta quos reperio iuxta 12 gradus virginis in tabula 28 graduum et de differentia que est 11 accipio partem proportionalem secundum proportionem 21 minutorum elevationis poli ad 60 minuta, patet illa proportio est 13 minuta fere subtrahenda ab ascensione obliqua prima. Habeo itaque duas partes proportionales quarum altera quidem est addenda prime ascensioni oblique altera autem minuenda ex ea. quamobrem demo minorem arcum ex maiore et relinquuntur 7 minuta que adiecta sepememorate ascensioni prime constituant ascensionem obliquam quesitam 144 graduum et 43 minutorum

Descensionem obliquam cuiuslibet arcus ecliptice dimetiri. Si arcus ecliptice propositus ab ariete sumpserit initium, adde ei semicirculum et congregati arcus ecliptice ascensionem obliquam ex precedenti addiscas, dempto enim semicirculo ex iam memorata ascensione obliqua relinquitur descensio obliqua arcus propositi a sectione vernali computata. Sed arcu proposito aliunde sumente initium, quere ex precedenti ascensionem obliquam arcus ei diametraliter oppositi nam tanta quoque erit descensio obliqua arcus propositi. Arcus autem diametraliter oppositos appello eos quorum principia initia et fines diametraliter opponuntur. Descensio vero recta arcus cuiuslibet in orizonte videlicet recto equalis est omnino eadem ascensioni recte eiusdem arcus. quamobrem non erat opus seorsum tradere quo pacto talis descensio recta computaretur. Exempli gratia volo numerare descensionem obliquam ad finem 12 graduum virginis in regione habente latitudinem 28 graduum, addo arcui ecliptice proposito semicirculum et perducitur ad 12 gradus piscium, quorum ascensio obliqua est 341 gradus et 21 minuta ex qua ascensione demo semicirculum scilicet 180 gradus, et relictos 161 gradus cum 21 minutis computabo descensionem obliquam arcus propositi. Sed libeat invenire descensionem totius signi virginis, accipio arcum ei diametraliter oppositum scilicet totum signum piscium cuius principium quidem habet ascensionem obliquam 324 graduum et 10 minutorum, finis autem 360, demptis igitur illis ex istis relinquuntur 36 gradus et 40 minuta et tanta erit descensio obliqua signi virginis

Quantus arcus ecliptice debeatur cuicumque ascensioni vel descensioni oblique perscrutari. Mitte igitur ascensionem obliquam in tabulam ascensionum obliquorum. ea videlicet cui latitudo regionis vel elevatio poli data superscribitur, et ex directo ipsius in summitate quidem tabule offendes signum, 2o in latere autem numerum graduum eiusdem signi qui debentur ascensioni oblique proposite que ad 8 in 4to problemate circa ascensiones rectas monuimus. Si tamen elevationem poli septentrionalis inveneris preter id quod accidit inter quotlibet numeros graduum existentibus opere primo per tabulam latitudinis proximo minoris secundum viam iam nunc dictam. Deinde similiter per tabulam latitudinis proximo maioris et de differentia arcuum ecliptice inde elicitorum sume partem proportionalem secundum proportionem minutorum que adiacent gradibus integris proposite elevationis poli. qua parte proportionali eadem arcum ecliptice per tabulam minoris elevationis computato si ipse minor fuit arcu

8

ecliptice

In exo

9

In exemplo hoc facilius intelligi potest. Volo ego invenire ascensionem obliquam ... a ... per tabulas magistri Johannis de Monte Regio ... sicut ... ab ariete. Sed quia rara est tabula per ascensionem obliquam a ... Quare hoc reperiam per ascensionem rectam tabula. Intro igitur cum ... in tabulas ascensionum rectarum ... et invenio 116 ... et ... invenio ... principio ... 210 ... in eisdem tabulis. Subtraho igitur ... ab ascensione recta ... et manebunt 206 ... quod hoc sit verum reperiam per tabulas positas ... tabulas ascensionum rectarum ... et intro ... et invenio 206 . 58 ... et ... 206 58 ... in tabulas ... 116 58 ... ascensionis obliquae ... in tabula ...

eclipticae per tabulam maioris elevationis reperto, aut ab eo minue si maior eo fuerit, et quod vel addendo colligetur vel minuendo relinquetur, prout res ipsa postulat, indicabit arcum eclipticae quesitum. Sed quantus arcus respondeat descensioni proposite sic scies: ipsi descensioni date semicirculum idest 180 gradus adde, et aggregato tamquam ascensioni obliquae arcum eclipticae computa secundum modum iam nunc traditum, a quo arcu eclipticae semicirculum videlicet 180 gradus vel sex signa integra minue; quod enim relinquetur erit arcus eclipticae quem petebas. Haec autem documenta tenent ascensionem vel descensionem obliquam a sectione vernali initium sumente. Nam si aliunde inceperit, invenienda essent modo predicto duo puncta eclipticae, quorum alterum initio, reliquum autem fini talis ascensionis vel descensionis obliquae respondet. Arcus enim eclipticae duobus talibus punctis interceptus esset qui quaerebatur. Id quidem modus erit exactae computationis. Nam si velimus et preter vim agere declinemus, licebit uti tabula ascensionum obliquarum tunc inscripto a titulis vicinior erit latitudini regionis vel elevationi poli ad quam volebas operari. Nunc quo facilius antedicta intelligantur, exemplaris computatio subiicienda est. Verum quia integros gradus elevationis poli non sunt minuta aliqua, operatio omnino similis erit ei quam in 4to problemate exposuimus. Sit igitur elevatio poli 21 graduum et 24 minutorum, ascensio autem obliqua proposita 10 graduum et 36 minutorum; procedendo secundum modum 4ti problematis invenio 1 gradus et 26 fere minuta tantum ad elevationem poli 21 graduum. Similiter ad elevationem poli 28 graduum reperio 8 gradus et 11 minuta tantum. Horum duorum arcuum eclipticae differentia est 44 minuta, de quibus proportionalis secundum proportionem 24 minutorum ad 60 est 21 minuta fere, quae adiecta arcui eclipticae ad 21 gradus reperto conflant 8 gradus et 1 minuta tantum arcuum scilicet eclipticae quesitum. Pro descensione deinde obliqua breve exemplum accipe. Offertur mihi descensio obliqua 31 graduum et 32 minutorum, cui correspondentem arcum eclipticae iubeor invenire secundum elevationem poli 28 graduum. Adiungo memoratae 180 gradus et resultant 211 gradus et 32 minuta. Huic arcui tamquam ascensioni obliquae offendo in tabula 28 graduum integros 12 gradus Sagittarii, reiectis quoque sex signis quibus perducor ad 12 gradus Geminorum qui videlicet respondent oblatae descensioni.

Ascensionem obliquam stellae cuiuscumque in orizonte quolibet dinumerare. Huic nostro proposito serviet tabula differentiae ascensionalis dummodo stella non pluribus quam 32 gradibus ab equatore removeatur. In latere enim sinistro dictae tabulae utriusque partis tam borealis quam australis declinatio usque ad 32 gradus ponitur, quia nullus planetarum quorum gratia potissimum tablam ipsam condidimus tantam declinationem egredi solebat. In latere autem superiori transverso ponuntur elevationes poli septem supra orizontes regionum ac climatum poirdinum usque ad 60 gradus, area autem tabulae differentias ascensionum complectitur. Elevationem igitur poli quaere in fronte tabulae memoratae, declinationem autem stellae sive borealem sive australem in latere sinistro. Nam quod in angulo communi offendes erit differentia ascensionum stellae propositae, quas demas ex ascensione recta stellae superius inventa si declinatio stellae borealis fuerit, aut eidem adiicias si australis extiterit. Sic enim vel relinquetur vel colligetur ascensio obliqua stellae quam quaerebas ad orizontem propositum.

De stell fixis

Si stelle fixe ampliorem q̄z 32 g̃duum declinatoem ħntis ascensione obliquā computare libeat. Intrab tabella secunda cum eleuatoe poli sup̄ orisonte datū et sinū² ex directo eius occurrentem sumes. Simile in eadē tabella accipies sinū cū declinatoe stelle ad quatuorq̄z ptem fuerit. horum sinuū alt̃ altū multiplicet et pductum p sex extendas². Reiectis q̄z p̃mis sex figuris versus dextra. vnitatem relictis iungendo si reiecte plus 400000 denotauerint relinque² sinus rcts dr̃e ascensionum stelle ꝓposite. cuius sinus arcum docebit tabla. sinū maximū ħns 60000 particularum Cognita itaq̄z dr̃a ascensionum vteris ad ascensionem obliqua stelle sciendā queadmodum iam pdem monuimus. ffaciliꝰ tn̄ id efficies si tabla tua maximū sinū habeat 100000 Nam alto duorum sinuū² p eleuatoe poli ac declinatoem stelle inuētorum in altum multiplicato a producto abiecies q̄nq̄z figuras p̃mas v̈sus dextra. vnitate relictis adiuncta si abiecte plus 40000 representauerint. et reliqui sinus arcum ex tabla memorata elicies qui erit dr̃a ascensionū ꝓposito tuo condueibilis. hic tamē animaduertendum q̄ qn̄ dr̃a ascensionū ab ipa ascensione recta subtrahi nequit. adiiciendus est integer circulus 360 g̃duū. et ab aggregato minuenda est dr̃a ascensionum pfata Simile qn̄ dr̃a ascensionū adiecta ascensioni recte sinū maiorem 360 g̃dibus constituerit. ipi 360 g̃dus reiiciendi sunt. relicto vzt pro ascensione obliqua computatis In exemplo. repetat² stella sedis pleiadis

Exm

que habuit declinatoem septentrionalē 7 g̃duū et 41 minutorum Volo inuenire ascensioñ eius obliquā in orisonte cui polus eleua² 48 g̃dibus. Per tablam 19² dr̃arum ascensionalium sub eleuatoe poli 48 g̃duū cum declinatoe 7 g̃duū et 41 minutorū dupplici introitu inuenio dr̃am ascensionū 11 g̃duū et 1 minutorum. qua demo ex ascensione recta stelle inuenta p tertiū a' q̃rtū pblema que est 162 g̃dus et 32 minuta. et erit relinqui² ascensio obliqua 143 g̃duū et 21 minutorum Secundam viam

De stell fixis

ac vlem sic pcedo In tabella secunda iuxta sinū eleuatoīs poli 48 g̃duū inuenio sinū² 111062 quem sumo ad ptem. Item p eandē tabellam cum declinatoe stelle dupplici introitu elicio alium sinū 14362 quē duco in p̃us signatum sinū. pducuntur 1928280468 ille num² p senarium multiplicatus reddit hunc 11440883208. abiectis ac p̃mis sex figuris adiectaq̄z vnitate ut assolet remanet michi sinus dr̃e ascensionū 11441 cuius arcus est 11 g̃dus et 1 minuta. cum quo tande ut p̃us ascensio obliqua reperitur Tabellam ac sepedictam nō iniuria secunda appellare libuit quia multivariam ac miranda vtilitate instar secunde arboris parere soleat

11

Descensionem obliqua stelle cuiuscumq̄z numerare. Inuenta dr̃a ascensionum stelle ꝓposite ex precedenti documento adde eam ascensioni recte ipius stelle declinatoem septentrionalē ħntis uel minue huiusmodi dr̃am ascensionū ab ea si declinatio stelle fuit meridiana Nam quod colliget² a' residuabit² erit descensio obliqua stelle ꝓposite. hic nō est opus exēplo aliquo speciali cū dr̃a ascensionū que p̃us addita est p ascensione obliqua ħnda. hic subtrahi² p descensione obliqua et econtra que ibi subtrahi² hic additur

12

Arcum semidiurnum solis uel alterius stelle cuiuscumq̄z cognoscere

Inveniatur modo predicto decimi problematis differentiam ascensionum stelle que est etiam dimidia differentia diei equinoctialis et diei inequalis stelle. eam quoque 90 gradibus adiunge si stella declinationem septentrionalem habuerit aut ex eis 90 gradibus minue pro stella declinationem meridianam habente. sic enim vel conflabis vel residuabis arcum semidiurnum stelle proposite. quo demum ex 180 gradibus dempto relinquetur arcus seminocturnus. Et item arcu semidiurno duplato arcus diurnus et seminocturno geminato nocturnus prodibit arcus. Quorum utrumvis si per quindenos quibus particulas gradus unius horarum equalium ei correspondentium possibiliter / per duodenas aut particulas si secueris quantitas hore inequalis vel temporalis emerget. Idem quoque efficies per differentiam ascensionum aut dimidia diei differentiam. Nam si eam per 15 divisis et numerum quotiens senario addideris pro aquilonari declinatione aut ex eo dempseris pro meridiana habebis numerum horarum equalium temporis semidiurni cuius duplum horas totius diei indicabit. Si demumque eandem differentiam ascensionum per senarium distribueris et numero nascenti 15 adiectis pro aquilonari declinatione aut ex 15 dempseris pro meridiana resultabit quantitas hore inequalis. Verum arcus diurnus solis alia lege computatur potius subtractis enim ascensionibus obliquis loco solis vero correspondentibus ab ascensionibus obliquis puncto ei diametraliter opposito provenientibus relinquetur arcus diurnus solaris. Idem quoque modo observabitur de quolibet puncto ecliptice tametsi sol in eo non fuerit. Quod si habueris tabulas ascensionum rectarum apud capricornum incipientium, subtrahe ascensionem obliquam cuiuslibet puncti ecliptice debitam ab ascensione eius recta et relinquetur arcus semidiurnus eiusdem puncti. Repeto exempli causa stella cuius differentia ascensionalis est 11 graduum et 7 minuta quemadmodum in decimo problemate ostensum est que vocari solet etiam dimidia differentia diei equinoctialis et diei inequalis. quare cum arcus semidiurnus equinoctialis sit 90 graduum et declinatio stelle sit septentrionalis addo eam 90 gradibus et resultant 101 gradus cum 7 minutis. tantusque habetur arcus semidiurnus stelle proposite. Quem deinceps minuo ex 180 gradibus et remanet arcus seminocturnus 78 graduum et 53 minutorum. Item duplabo arcum semidiurnum evenient 202 gradus et 14 minuta pro arcu diurno. Similiter duplabo arcum seminocturnum resultant 157 gradus cum 46 minutis arcus scilicet nocturnus. Deinde arcum diurnum divido per 15 et exeunt 13 hore equales cum 29 minutis hore. accipiendo scilicet 4 minuta unicuique gradui relictis post divisionem 14 minuta et pro singulis 15 minutis gradus unum minutum hore. Preterea divido arcum diurnum per 12 et exeunt 16 gradus cum 51 minutis. residuum enim facta divisione multiplicatum per 60 et producto addidi minuta 14. collectumque totum item per 12 divisi. ascendunt quoque 16 gradus et 51 minuta in una hora temporali vel inequali. Cetera omnia sunt facillime computationis.

In exemplo

B

Punctum ecliptice cum quo stella quevis vel oritur vel occidit invenire. Inventa ascensione obliqua stelle proposite per decimum problema quere arcum ecliptice ei correspondentem per numerum. Punctus enim terminalis eiusdem arcus ecliptice oriri solet cum stella proposita. Non aliter elicies punctum cum quo occidit si pro ascensionibus duxeris quantitatem arcus ecliptice descensionum eius obliquarum tabula. Est et alius modus inveniendi punctum cum quo stella occidit. Si enim ascensioni

oblique ipius stelle arcum diurnum eius adiecerls prodibit ascensio obliqua
puncti orientis dum stella occidit. Eo igitur puncto per nonum problema cognito pun
ctus quoque diametraliter ei oppositus haud quaquam sibi latebit, cum quo videlicet
stellam pariter occidere oportet. ¶ Exemplo at nullo opus est in particulari si nonum
et decimum et undecimum problemata satis didicisti. / Sed mirabitur forte quispiam
quod tam diu computandis ascensionibus et descensionibus immoratus sim cum quin
directiones potissime tractare instituerim. Nemini profecto iniquum videri debet, illud
siquidem absque notitia ascensionum ac descensionum directiones absolvi nequeunt,
immo directio non est aliud nisi arcus quidam equatoris coascendens vel condescendens
cuipiam arcui ecliptice qui alicui intervallo duorum locorum cognitorum veluti inferius explanabitur.
Quicumque igitur in dirigendis significatoribus expeditus esse volet, in computo ascen
sionum ac descensionum prius apprime detineatur necesse est. Nunc ad negotium equandarum
domorum descendere libet. ea namque res doctrinam directionum antecedere debet cum significatores
nonnumquam ad cuspides domorum aut ipse cuspides ad alia loca dirigi soleant.

Initia duodecim domorum celi rationabiliter constituere. Primumque ad pro
positum absolvendum venire paulo altius ordiendum est, ne precepta
nostra inania ac fundamento carentia quispiam suspicetur. Tres equa
darum domorum accepimus modos, quorum primus et usitatissimus circu
lum meridianum puncti ecliptice orientalis aut arcum equatoris ei similem
in tres equas partes dividit et arcum seminocturnum eius in totidem. Per pun
cta itaque divisionis et punctum ecliptice orientale ac polum mundi utrumque fingit quosque circulos
magnos, qui cum meridiano totum zodiacum et totum celum in 12 partes dividunt, quas
vocant domos. Hec domorum distinctio quam fluxa et fragilis sit (pace vulgarium
astronomorum dixerim) ex problematibus que super almagesto ptolomei conscripsimus aperte
quivis intelliget. Siquidem sicut ex multis pauca decerpam, spatia domorum huiusmodi lege disti
ctarum magnitudines certas ac firmas suscipere nequeunt, quas profecto fundatas esse oportere
decrevis si ita influxus ac proprietates huiusmodi domorum recte philosophari libeat. Oriente quippe
cancro in regione dierum longissimorum sedecim horarum huiusmodi, undecima domus ubique
spatium tenet duplum ei quod habet eius domus undecima ascendente capricorno
in regione ac cuius dies maximus decem et octo horas equales complectitur huiusmodi spatia undecime
domus in proportione tripla reperiuntur, cum ergo persuadebitur utrumque eundem esse influxum
tam diversis quam inequalibus celi partibus. sive celum quiescens posueris, unde virtutes
duodecim domiciliorum deriventur, sive potius varia celi ad faciem terre habitudinem
proprietates domorum distinxeris. Etiam domos ipsas ab orizonte terminari necesse erit altius
quidem earum partibus super orizontem alteris ac sub orizonte manentibus, quod sententie
unanimi priscorum philosophorum contrarie liquet asserentium quidem sex domos totas supra
orizontem sex autem sub eo constitui. Preterea stella aliqua in duodecima orta in domo prima impe
dens ponet astronomus, stella demum longe ab orizonte occidentali sursum remota sep
te domum tempore incidet. que res contrariet quam horrendam indicabit fallaciam ingerat
facile quisque perpendet. ¶ Aliter autem Campano domos distinguere libuit per circulos
videlicet quatuor magnos orizonti et meridiano connectentes in utraque eorum communi se
ctione. Nam super altera huiusmodi sectionum tamquam polo circulum magnum descriptum intelligit
per verticem capitis huius regionis transeuntem. Huius circuli quadrantes meridiano et orizonte

IIX

Primus

Secunda

interceptos in ternas equales secat portiones ymaginarias et per puncta sectionum duci quatuor memoratos circulos qui una cum meridiano et orizonte circulum verticale ante dictum. Itemque eclipticam ac totum insuper celum in duodena partiuntur intervalla sitque hac distinctione inter gradus dicta duodecim spacia celi sive corporalia intellexeris sive superficialia equales invicem magnitudines sortiantur, eclipticam tamen in duodecim partes inequales semper recipiunt, preterque dum poli eclipticae vel duabus orizontis et meridiani sectionibus herent, quod accidit in regione cuius latitudo maxime solis declinacioni equatur. Modus tamen ille quam alienus sit a mentibus antiquorum et quam futilis qui circulo verticali imaginario ac nihil utilitatis habenti innititur pro conpleto pretermittendum censemus ne paulo licentius evagari videamur. Cum et maxime plenioris huius negocii absolucionem aliunde expectandam esse asserimus.

Tercius ¶ Tercius autem modus habet medium inter duos memoratos utrosque scilicet eorum participans. Dividit enim hic quadrantes equatoris meridiano et orizonte obliquo interceptos in ternas equales porciones et per puncta sectionum ducit quatuor circulos magnos meridiano et orizonti coherentes in duabus eorum sectionibus, tales itaque sex circuli (assumptis scilicet meridiano et orizonte) totum celum in 12 spacia partiuntur que nuncupantur domus. Hee autem domus etsi inequales invicem sint in omni orizonte obliquo, tamen suam quaeque servat magnitudinem invariabilem. Sic sectiones quidem in equatore sumuntur uti in primo modo non in circulo verticali. Concursus autem circulorum domos distinguencium fit in sectionibus communibus meridiani et orizontis veluti in secundo modo non in polis mundi. Hac via media secure ac racionabiliter gradiemur ubi incommoditates duobus modis extremis obvias penitus haud quaquam formidabimus. Verum munimenta huiusmodi vie cum et multa sint et absque nimis longa digressione narrari nequeant, missa facimus in presenciarum, ne disputare potius videamur quam tabularum nostrarum usum explanare, quod propositio principaliter intendimus. Hesitanti autem quotiens [illegible] traditos nostras liber secundus problematum almagesti pergendus est ubi et fundamenta tabularum nostrarum et earum equacionem domorum ac utriusque dorum significatorum cum plerisque rebus aliis in indicio astrologico conducibilibus abunde exposuimus.

operatio do[morum] / [illegible] mat ¶ Nunc vero rem ipsam redeuntes docebimus quo pacto in omni habitacione cuius latitudo sexaginta gradus non excedit inicia duodecim domorum celi cognoscenda sint. Intra igitur tabellam domorum racionabiliter cum latitudine regionis tue aut elevacione poli borealis et duos numeros ex directo eius occurrentes diligenter sua seorsum quorum primus quidem inscribitur numerus polaris undecime et tercie necnon ac quinte domorum. Secundus autem duodecime et secunde octave et sexte. Ille autem numerus polaris notificat arcum circuli magni qui a polo boreali circulo domum quamvis determinanti ad rectos incidit angulos. Deinde videas tunc tabule ascensionum obliquarum superscribitur numerus polaris undecime domus. Nam ea semper uteris in tua regione ad principia undecime et tercie domorum invenienda. Similiter explorandum est que tabula ascensionum obliquarum superscriptum habeat numerum polarem duodecime et secunde. Nam illa semper prebebit inicia duodecime et secunde domorum, hoc pacto. Ascensionibus rectis loco solis respondentibus adde gradus equatoris a meridie excitatos qui per horas equales distantie solis a meridie cognoscuntur, unumquemque videlicet hore 15 gradus tribuendo et colligetur ascensio recta medii celi. Unde et per quantum problema medium celi scietur. Deinde ascensioni recte medii celi triginta gradus adicias et exeret tibi recta ascensio obliqua principio undecime domus debita, per tabulam itaque undecime domus cum videlicet numerus polaris undecime domus superscribitur invenies arcum ecliptice dicte ascensioni oblique correspondentem

Ffinis enim huius arcus erit initium undecime domus. Ite eidem ascensioni oblique undecime domus iunge triginta gradus et aggregatum erit ascensio obliqua pertinens ad principium duodecime domus. Per tabulam igitur duodecime domus quere arcum ecliptice ei debitum et habebis initium duodecime domus. Amplius memorate ascensioni oblique duodecime domus adiungas triginta gradus et colliges ascensionem obliquam ascendentis. Ex tabula igitur regionis tue per nonum problema gradum ascendentem et initium prime domus reddisces. Postea ascensioni oblique ascendentis triginta gradus appone et habebis ascensionem obliquam principii secunde domus unde et per tabulam suam modo sepedicto initium secunde domus non latebit. Similiter ascensioni oblique secunde domus triginta graduum adiectis resultabit ascensio obliqua tercie domus ac demum per tabulam suam principio ipsius domus cognoscendo via pandetur. In summa sic accipies ex ascensione recta medii celi per additionem continuam triginta graduum nasci solent ascensiones oblique reliquarum quinque domorum per tabulas eis accomodatas sic situatur. Postquam autem capita sex domorum memoratarum cognoveris, initia reliquarum quoque sex domorum haud quaquam latebunt cum sua quelibet comparem per diametrum celi aspiciat. ¶ Exemplum huius documento subiungendum est. Habeat sol sex gradus Thauri distans a meridie per tres horas et 14 minuta. Volo invenire principia duodecim domorum celi ad latitudinem 48 graduum. In tabella igitur domorum rationalium iuxta 48 gradus latitudinis invenio cum polarem undecime et tercie domorum 29 gradus et 2 minuta, cum autem polarem duodecime et secunde 43 graduum et 43 minutorum. Hos inde sino seorsum. Deinde per tertium problema invenio ascensionem solis rectam 33 graduum et 40 minutorum. Pro unaquaque autem hora distancie a meridie accipio 15 gradus equatoris et per quaternas minutas hore unum gradum ut fieri solet. Sicque arcum 48 graduum et 30 minutorum colligo, distantiam videlicet solis a meridiano, quam addo ascensioni solis recte ut emergat ascensio recta medii celi 82 graduum et 10 minutorum et ipsum celi medium 22 gradus cum [illegible] minutis geminorum, cui demum ascensioni recte addo 30 gradus et resultat ascensio obliqua respondens principio undecime domus 112 graduum et 10 minutorum. Huic quoque ascensioni oblique undecime domus addo 30 gradus et proveniet ascensio obliqua duodecime domus 142 graduum et 10 minutorum. Similiter per additionem continuam triginta graduum efficio ascensiones obliquas ad initia reliquarum domorum. Prime quidem cuius initium est gradus ascendens 172 gradus et 10 minuta, secunde autem 202 gradus et 10 minuta, tercie vero 232 gradus et 10 minuta. Deinde intro tabulam ascensionum obliquarum 29 gradibus elevationis poli subiectam cum ascensionibus obliquis undecime et tercie domorum et per documentum noni problematis invenio unum gradum cum 28 minutis leonis pro undecima domo, pro tercia autem 15 gradus et 14 minuta scorpionis. Similiter cum ascensionibus obliquis duodecime et secunde domorum intro tabulam 44 gradibus suppositam, et eodem modo reperio unum gradum et 4 minuta virginis pro duodecima domo, pro secunda autem 15 gradus et unum minutum libre. Non aliter cum ascensionibus obliquis ascendentis seu prime domus per tabulam regionis videlicet 48 gradibus subscriptam elicio 24 gradus et 14 minuta virginis pro ascendente. Sic inventa sunt initia sex domorum a medio celi incipiendo, reliquarum autem domorum principia per diametrum oppositis apponuntur, que et ipsa haud quaquam latebunt. Usus autem sum 29 gradibus vice 29 graduum et 2 minutorum, similiter 44 gradibus vice 43 graduum et 43 minutorum propter simplicitatem numerorum, cum tabule ascensionum obliquarum ad integros gradus sint facte. Hoc enim pacto nil erroris sensibilis ingeritur. Si tu curiose magis quam utiliter omnia ad unguem exhaurire libet, nonum problema consulendum est. Iste est modus generalis equandarum domorum ad omnem poli ele

exm

rationem eius non nihil difficultatis in opere videatur habere. Quamobrem si te
leviorem computationem desideras, fac tabulam domorum regionis tue propria secundum
modum iam traditum incipiendo videlicet a medio celi ut ascendentes, eo
modus tamen est initium sumere a medio celi

14

Duodecim domos celi per circulos magnos in utroque polo mundi coeun-
tes ad quamvis latitudinem sexaginta graduum non excedentem determinare,
etsi modum hunc valde usitatum neglige iam pridem decreverim
tamen hoc in loco docere libuit quo pacto secundum eum omnes domus
equande sint vere in quacunque regione latitudinem sexaginta
graduum non egrediente, quo absolvendus fide utilitas sive amplitudo ta-
bularum predicta demonstretur. Ascensionem igitur recte medii celi si a sectione
vernali incepit iunge 90 gradus et resultabit ascensio obliqua ascendentis
qua mediante gradus ascendens per tabulam regionis tue documenti nonni pro-
blematis innotescet. Deinde arcum semidiurnum ascendentis per duodecimum pro-
blema cognoscas quem divide in tres partes equales, cuius unaquaque illarum
primum dupla ad quantitatem hore temporalis diurne ipsius ascendentis, tale autem duplum
si dempseris ex 60 gradibus relinquetur duplum hore inequalis nocturne ascendentis
qualecumque autem huiusmodi duplum hore inequalis reperies nihil refert. Illud ergo
duplum adde ascensioni recte medii celi et resultabit ascensio recta principio unde-
cime domus respondens, que per quintum problema arcum ecliptice suum atque id-
circo initium undecime domus elicietur. Item ascensioni recte undecime domus
adde predictum duplum hore inequalis, sic enim ascensionem rectam principio duodecime
domus debitam conflabis, unde et ipsa domus initium sortietur notum. Amplius
ascensioni recte duodecime domus predictum duplum adde et eveniet ascensio
recta ascendentis, tunc adiunge duplum hore nocturne ipsius ascendentis et colligetur
ascensio recta initii secunde domus, tunc insuper si idem duplum adieceris asce-
nsio recta principio tertie domus conveniens prodibit. Ex his autem ascensionibus
rectis si puncta ecliptice eis correspondentia nescieris elicere, inertia tua
turpiter proderes, presertim cum operatio hec sit vulgaris admodum, et ante-
hac in quinto problemate sufficienter exposita. Habitis autem initiis sex domorum
a medio celi incipientium reliquarum quoque initia diametraliter videlicet iam
memoratis opposita non latebunt. ¶ Si tamen exemplaris computatio placet

exemplar

ponatur in medio celi duodecimus gradus tauri. Volo equare domus secundum hunc
modum. Ascensio recta huius medii celi est 39 gradus et 33 minuta quibus
adiungo 90 gradus resultant 129 gradus et 33 minuta ascensio scilicet obliqua
ascendentis. Et ideo ascendens ipsum 23 gradus et 4 minuta leonis. Huius asce-
ndentis arcus semidiurnus ut prius exposita est 104 gradus et 43 minuta que
divido in tres equales portiones quarum quaeque habebit 34 gradus cum 18
minutis fere et tantum erit duplum hore diurne ascendentis. Hoc duplum
demo ex 60 et relinquuntur 25 gradus cum 42 minutis, duplum quoque hore
diurne addo ascensioni recte medii celi que erat 39 gradus et 33 minuta re-
sultat ascensio recta undecime domus 73 graduum et 51 minutorum. Cui
demum adiecto idem duplum et emergit ascensio recta duodecime domus
110 graduum et 9 minutorum. Huic quoque addo idem duplum ut nascatur ascensio
recta ascendentis 124 graduum et 26 minutorum. Omitto autem unum minutum
quia duplum hore diurne deficit parumper in 2is a 34 gradibus et 18 minutis

Item dicte ascensioni recte ascendentis adiungo duplum hore nocturne
sicque colligo ascensionem rectam secunde domus 148 graduum et 8 minutorum hinc
denique aggregato superadiungo predictum duplum hore nocturne et resultat ascensio
recta tercie domus tribuenda 192 graduum cum 40 minutis per illas ascensiones
descendentes quinto problemate invenio pro undecima 16 gradus et 2 minuta geminorum
pro duodecima 18 gradus et 36 minuta cancri pro secunda 19 gradus cum 14 minutis
virginis pro tercia autem 16 gradus cum 8 minutis libre sic cuspides sex domo-
rum orientalium invente sunt unde et reliquarum sex occidentalium
initia propter diametralem oppositionem innotescent

Inicia duodecim domorum celi secundum reliquum modum extremum
in regione qualem latitudinem sexaginta graduum non excedente
breviter constituere. Huius vie equandarum domorum Campanus
quidem speculationem exposuit verum quo pacto executioni in-
merator mandaretur silencio preteriit quod profecto vel inu-
tilitate huius vie vel difficultate arguit executionis. Si enim Campanus
stabilem arbitratus est hunc modum quid enim arte potuit quo minus ar-
tificiale eius usum traderet nisi ipsa negocii difficultas. Aut si calculum
eius in promptu habuit ideo non edidisse videtur quod huiusmodi domorum
distinctionem infirmam esse animadvertit. possit tamen subtiliter potius quam
utiliter ita imaginari. Iohannes autem Zacusinus sola pene autoritate Cam-
pani suffultus eum modum tenendum pregrandium virum veterorum astrono-
morum testimonia que sibi visu venire arbitratur (parte eius dixerim)
non personam sed pro nostra sententia militant et quidem aptissime quod alibi
latius differemus. Is igitur preceteris opinionem Campani sectari decrevit
documentum edidit equandarum domorum idoneum quidem proposito suo ac
geometricis fundamentis stabilitum. Verum prolixum ac multivarium suppu-
tationibus plenum adeo ut sine tedio intolerabili ne una quidem domus quispiam
in tuitis etiam exercitatissimus elaboraret quod et Bazulus ille ipse
confitetur in tercia parte operis sui circa principium sex enim multiplicationibus sinuum
per sinus et item sex divisionibus ad cuspidem unius domus invenienda opus est
cum pluribusque additionibus ac subtractionibus et canonibus multiplicibus. Quamvis
itaque hec nostra domorum distinctio racionabiliter fundata esset modum tamen facultate
computandi nacti essemus quam in presentiarum explanare decrevimus non tamen utile
futurumque astrologo verum potius demonstrationem tabularum nostrarum amplitudinem

Intra igitur tabellam domorum secundum Campanum et Bazulum cum elevacione
poli ad tuam regionem et ex directo invenies initium decime domus cum
initio polari undecime. item initium undecime cum initio polari duodecime
domus. has autem suas seorsum cum suis inscriptionibus. Appello autem initi-
um arcus quidam equatoris duobus circulis domorum equantibus eclipticam
interceptus. Numerus vero polaris superius est diffinitus. Illud tamen
non est ignorandum undecimam et tertiam domos eundem habere numerum polarem
similiter duodecimam et secundam in numero polari communicare. Quod si complementum
initiorum decime et undecime domorum ex 90 gradibus demseris initium
duodecime domus relinquitur quod vero equale est initio
prime domus. initium autem secunde domus equatur initio undecime.
Quando itaque libet equare domos secundum hunc modum invenias primus

medii celi ut assolet, cuius ascensioni recte adiungas initium decime domus et resultabit ascensio obliqua cuspidi undecime domus respondens qua mediatrice per tabulam nris polari undecime domus subiecta agnosces punctum ecliptice memorate ascensioni appropriatum quod solent appellare cuspidem ipsius domus. Deinde ascensioni oblique undecime domus iunge initium undecime domus et colliges ascensio obliqua duodecime domus. Cum item adiecto initio duodecime domus ascensio obliqua prime domus aut ascendentis prodibit qua etiam habebis si ascensioni recte medii celi ab ariete incipienti quadrantem circuli adiecceris. Si denuum ascensioni oblique ascendentis initium prime domus addideris ascensio obliqua secunde domus colliges. cui tandem intervallum secunde domus adiunge et habebis ascensionem obliqua tercie domus. Unaqueque autem dictarum ascensionum obliquarum per tabulam nris polari sue domus subiectam domus ipsius cuspide dissitabit cognitam quemadmodum pro undecima domo iam iuxta monui.
Exemplo autem nullo opus esse reor quandoquidem modus iste equandarum domorum negligendus est. Si tamen accio circa priclum in hac re facere libet inventis ascensionibus obliquis domorum que statuuntur cum mris suis polaribus cuspides earum non aliter quam in quartodecimo probleme docui adiscere.

14

Verum stella quevis aut punctus ecliptice quilibet sit in parte celi orientali vel occidentali demonstrare. Partem celi orientalem voco eam que incipit a medio celi et ad angulum terre per ascendentem cuncto terminatur, medietatem videlicet celi que ad meridiem inspicienti a sinistris existit. Reliquam aut medietate que a dextris est occidentalem. Subtrahe igitur ascensionem rectam stelle proposite ab ascensione recta medii celi ad instar quadrationis tue adiecto integro circulo si opus fuerit et relinquitur elongatio stelle a meridiano que si minor fuit semicirculo 180 graduum stellam ipsam in medietate occidentali esse dices, si autem maior 180 gradibus in orientali. Quod si precise 180 gradus completa fuit angulum terre stella ipsa occupabit. Si autem nil fuerit residuum, in medio celi stellam esse pronunciabis. Exemplum breve. Medium habeat 22 gradus et 20 minuta geminorum, solis autem in fine sexti gradus thauri reperitur. Volo temptare propositum huius problematis de sole. Ascensio recta medii celi est 82 gradus et 10 minuta, ascensio autem recta solis 33 gradus et 20 minuta quam minuo ex ascensione recta medii celi et relinquitur 48 gradus cum 30 minutis scilicet elongatio solis a meridie minor semicirculo, quare solem esse in medietate celi occidentali enuntio.

In circulo celi

18

Verum stella sit supra terram aut sub terra faciliter cognoscere. Examinatis arcum semidiurnum stelle ac seminocturnum addiscere, deinde si stella fuit in medietate occidentali et elongatio ipsius a meridie minor arcu semidiurno stella ipsa super orizontem constituetur. Si autem dicta elongatio a meridie arcum semidiurnum superavit sub terra versabitur stella posita. Elongatione demum a meridie et arcu semidiurno existentibus equalibus stella ipsam orizon occidentale tenebit. At stella medietate celi orientale occupante demptis 180 gradibus ex elongatione eius a meridie relinquitur elongatio eius ab angulo terre que si minor arcu seminocturno stelle extiterit nondum super terram

emersisse stellam dices. Si autem arcum seminocturnum excesserit supra
terram procul dubio constituetur. Quod si arcus seminocturnus elongationi ab
angulo terre equalis extiterit, stella ipsa orizontem orientalem possidebit.
Idem aliter expedies ac multo brevius si prius ascendentem gradum puncti
eclyptice cum quo stella oritur et item punctum cum quo occidit solerter
recte deduxeris. Hoc enim pacto scies utra medietatum eclyptice supra orizontem
aut infra eum existat. Si punctum cum quo stella oritur fuit in parte orien-
tali nondum tamen ortum, scies stellam quoque nondum ortam esse. Si autem
punctum cum quo occidit fuit in parte occidentali nondum tamen occiderit,
scies stellam quoque nondum occidisse. Pariformiter conicies stellam esse ortam vel
occidisse secundum qualitudinem puncti eclyptice orientis vel occidentis soliti cum ipsa stella.
Unde tandem situm stelle supra terram ne fuit an sub terra plane intelliges.
Exemplum gratia repetatur situs solis quem in precedenti ponebamus medium quoque seu idem
nunc subiciamus, ex duodecimo problemate ad latitudinem 48 graduum concludo
arcum semidiurnum solis 104 graduum et 32 minutorum. Erat autem elongatio
solis a meridie 48 graduum et 30 minutorum minor scilicet arcu semidiurno. Quare
solem supra terram esse primo. Cetera omnia sunt facilia.

De stell fieris

In exo

19

Distantiam stelle a meridie concludere. Cuius elongatio et dista-
ntia a meridiano plerumque summa, in particularum tamen
discrimen quoddam eius interveniens quo sermo hic articulatior
ac lucidior redditur. In hoc nempe conveniunt quod utraque est arcus
equatoris conclusus inter meridianum regionis et circulum per polos
mundi et centrum stelle transeuntem. Verum elongatio semper a stella usque
meridianum per signorum consequentiam accipitur. Distantia autem nonnumquam contra succes-
sionem signorum in equatore expenditur. Distantia demum semper aut tota est
supra orizontem aut tota infra. Secus elongationis quia hec alteram supra orizontem
nonnumquam existit, alteram autem sub orizonte. Si igitur stella supra terram existens
nondum attigit meridianum, subtrahe ascensionem rectam medii celi ab ascensione
recta stelle. Si vero quia meridianum transierit supra terram adhuc existens, ascensionem stelle
rectam ex ascensione recta medii celi deme et relinquetur distantia stelle a meri-
diano diurna. Sic aliter computabis distantiam eius a meridiano nocturnam si sub
terra extiterit, si enim ante meridianum sub terra fuerit, ascensionem rectam anguli terre
ex ascensione recta stelle minues. Si vero angulum terre transierit econtra ascensionem
rectam stelle ex ascensione anguli recta minues relinquetur enim nocturna eius
a meridiano distantia. Versa demum vice si stella supra terram existens nondum atti-
gerit meridianum, distantiam eius a meridiano ex ascensione sua recta demes
et relinquetur ascensio recta medii celi, aut si ascensioni sue recte huiusmodi a meridi-
ano distantiam adiecerís stella ipsa meridianum preeunte resultabit ascen-
sio recta medii celi. Similiter ascensionem rectam anguli terre deprehendes si stella
tibi sub orizontem deprehensa fuerit depressa. Hinc postremo tam celi medii
quam anguli terre per quintum problema cognoscendi dabitur facultas. Preterea ascen-
sio solis recta dempta ex ascensione recta medii celi adiecto integro circulo
ubi opus fuit relinquet elongationem solis a meridie ex qua tandem quot hore
equales post meridiem effluxerint facile coniectabis si prius per quindenos gradus
memoratam distribueris elongationem. Hec breviter admodum hoc primo sequentia esse
quod fuit consilium nec ampliandi libri potius quam res novas ac utiles tradendi gra-
tia calamum cessasse videmur, presertim cum alibi res hec plenius in locis lucidiore sit et quam abun-
dissime

20

QVantum elevatur polus borealis supra circulum positionis stelle
cuiusvis, aut alicuius puncti in celo signati investigare. Huic
huic arrige aures tuas quicunque totam dirigendi artem nec
non stellas in duodecim celi domicilijs sistendi artem nancisci
voles. Cui negocio nonnullas tabulas exaravimus, quas tabulas
positionum particulares appellare libuit, quarum unaquaeque in latere suo
sinistro gemina habet declinationem, septentrionale scilicet ac meridiana usque
ad 32 gradus tantum: cum declinationes parte minores sufficiunt. quorum etiam
potissimum dicte tabule sunt consite. In latere autem superiori vero tituli
tabule cuiuscunque distantias stellarum a meridiano comprehendit. Circulu
ac positionis appello eum qui per duas communes sectiones meridiani et ori-
zontis ac per centrum stelle ad punctum celi signatum incedit, que etiam orizo-
tem stelle non numquam vocari licebit. Si igitur stella vel punctus datus super
terram existit, quere declinationem eius in latere sinistro tabule ad regionem talia
facte in parte quidem superiori si septentrionalis, in parte autem inferiori si meridiana
fuit. et in vestigio eius distantiam stelle a meridiano, sive orientalis sive occidentalis
sive premeridiana sive postmeridiana fuit, ex directo enim utriusque dicte distancie superius in capite tabule
offendes numerum elevationis poli quesitum. Si vero stella vel punctus propositus
sub orizonte extiterit, quere declinationem eius in parte superiori lateris sinistri
si declinatio ipsa meridiana fuit, aut in parte inferiori si septentrionalis. In area
autem tabule distantia stelle a meridiano et secundum modum iam tibi expositum
in fronte tabule offeretur numerus elevationis poli quem querebas. At si stella
declinatione caruerit querenda erit similiter distantia eius a meridiano in ultimo
versu superioris pagine et ex directo eius in capite tabule invenietur eleva-
tio poli quesita. Meminisse tamen debes operandum esse duplici introitu
cum distantia a meridiano non integra offenditur in area tabule, quemadmodum
facere solemus per ascensione rectam arcuum ecliptice et debitum investigare
Si tamen huius exacta computationem paulo remissius curavis vitare introitum
duplicem introitualem accipe potius numeros eis propinquissimos in tabula
expressos. sic enim brevissime ac sine errore notabili propositum tibi
consequeris. Huius rei gratia, sit stella quedam in fine duodecimi gradus virginis
habens latitudinem septentrionalem trium graduum, atque ideo declinationem
septem scilicet 9 graduum et 41 minutorum. distantia autem eius a meridiano super
terram sit 43 graduum et 10 minutorum. volo scire quanta sit elevatio poli
supra circulum positionis eius in regione latitudinis 48 graduum. Si declinatio stelle fuisset precise 10 graduum et distantia a meridiano 42 graduum
cum 21 minutis invenisse 38 gradus elevationis poli in fronte tabule
verum declinatio non habet plene decem gradus sed propinqua est decem gradibus
quare intranti mihi cum 10 gradibus partem tabule superiorem occurrit distan-
tia a meridiano proximo minor proposita distantia 42 graduum et 21 minutorum
proximo autem maior 44 graduum et 2 minutorum. differentia harum distantiarum
est 2 gradus et 24 minuta que correspondent uni gradui elevationis poli. hanc
differentiam pono pro primo numero. Item minorem distantiam subtraho a distantia
proposita et relinquitur 33 minuta pro secundo numero. Tercius autem numerus semper est

In exemplo

60 minuta. Ducto igitur secundo in tercium nascuntur 1980 secunda que divido per 84
minuta equipollencia duobus gradibus et 24 minutis exeunt fere 18 minuta adde
ea 38 gradibus elevacio itaque poli super circulum posicionis stelle est 38 graduum
et 18 minutorum. Et si adhuc precisius habere volueris huiusmodi elevacionem declina
cione habente aliqua minuta inter gradus intra primo tuum declinacione primo minori
extrahendo elevacionem poli ut iam dictum est. Deinde tuum declinacione primo ma
iori in tabula expressa et similiter elice elevacionem poli de differentia harum elevacionum
accipe partem proporcionalem secundum proporcionem minutorum existencium inter gradus declinacionis
quam adde prime elevacioni si secunda maior fuerit ea, aut minue de ea si secunda fuerit
minor. Hoc enim pacto exactius comprehendes elevacionem poli questitam.

In qua duodecim domorum celi stella queuis aut punctum celi quodlibet
constituatur explorare. De stella semper intelligas aut puncto celi de-
clinacionem 32 graduum non egredientem. Postquam igitur et ante memoratis
iniciaque domorum angularium cognovimus. Itemque puncta celi
partes eius quibus stella proposita et oritur et occidit ac celum mediat
aperte contemplaberis. Sit ne stella in aliquo dictorum angulorum an non. At si
nullum horum angulorum optinuerit, scies in qua quatuor quartarum celi dictis
punctis angularibus interceptarum consistet. Ut autem domus eius invenias
hoc accipe preambulum. Domus undecima et quinta itemque nona et tercia cum
duobus circulis posicionum domibus debimentur polus tamen borealis equaliter ab utroque
eorum removetur. Similiter duodecima et sexta item octava et secunda per duos
circulos posicionum divisos cognoscuntur. Verumtamen polus borealis equaliter
super utrumque eorum elevatur. Cognito itaque ex precedenti quantum poli borealis
supra circulum posicionis stelle elevatur confer eum huiusmodi elevacionis ad circulos
polares undecime et duodecime domorum per antecedentem problema repertos
namque si fuerit equalis circulo polari undecime domus et stella ipsa in quarta
orientali diurna manserit cuspidem undecime necessario occupabit. Si
autem in quarta orientali subterranea fuerit in cuspide tercie domus consistitur. At si
in nullis partibus esse non cadentibus stella est occidentalem sublimem tenuerit
in principio none domus procul dubio reperietur. Si vero in quarta occidentali
subterranea extiterit cuspidem quinte domus eam optinere necesse est. Sed si
elevacio poli super circulum posicionis stelle cum polarem duodecimi domicilii
equaverit eo ordine ac modo uti iam predem contemplabimur stella esse aut
in principio duodecime aut sexte aut octave aut secunde domus. In principio vero
alicuius dictarum domorum quando stella proposita in eadem quarta collocatur.
Et si elevacio poli super circulum posicionis stelle non fuerit equalis alteri duo
rum circulorum polarium prefatorum, tamen est stella non esse in cuspide alicuius
domorum memoratarum unde si minor fuerit circulo polari undecime
domus constabit stella esse in decima domo vel nona vel quarta vel tercia prout
quarta stellam ipsam tenens edocebit. Si vero dicta elevacio maior fuerit
circulo polari undecime domus minor tamen polari circulo duodecime stella est
aut in undecima aut octava aut quinta aut secunda. Si autem elevacio poli sepe memorata
excesserit circulum polarem duodecime domus stellam ipsam aut in duodecima aut
sexta aut septima aut prima modo supradicto comperies. ¶ Poteris etiam aliter experiri
stellam quamvis prope cuspidem alicuius domus existentem secundum locum longitudinis
sue. Sit ne ante cuspidem an post eam aut in ipsa cuspide presertim si habuerit latitudinem

Quo ad stellas fixas presertim maiorem declinacionem habentes quam 32 gradus

punctum celi mediationis stelle comparatus ad medium celi aut angulum terre

qua si non habet nulla speciali doctrina opus est Nam si stella fuerit prope
medium celi aut angulum terre te reddet in libro de circulorum Si autem prope occi-
dentem fuerit, punctus ecliptice cum quo stella oriri solet id edocebit, se-
faciet punctus ecliptice cum quo stella solet occidere si circa gradum occidentem
stella extiterit Si autem circa cuspidem aliarum domorum orientalium inventa
fuit, scita elevatione poli super orizontem eiusdem domus, circulo dico qui
determinat initium illius domus, per tunc determinatum problema quere punctum
ecliptice cum quo oritur stella proposita, super orizonte eiusdem domus, illud
enim punctum cuspidi domus collatum, stelle situm respectu memorate
cuspidis demonstrabit, Non aliter argumentaberis per punctum ecliptice
cum quo stella occidit sub orizontem alicuius domorum occidentalium cuius videlicet
iuxta tuum principium stellam tuam offenderis Nolim o lector multitudine
verborum absterreberis, facillima enim ipse confiteberis operatorum expositam, ubi mediocri
pius exercitatione usus fueris ¶ Exemplo tamen brevi tranquilliorem animum tibi
reddam, Stella precedentis problematis habuit elevationem poli super circulum positionis
sue 38 graduum et 12 minutorum, pono ipsam in circa orientali diurna ex quarta de-
cimo autem problemate ad latitudinem 48 graduum didici mihi polarem undecime domus
29 graduum et 2 minutorum, nunc autem polarem duodecime 43 graduum et 43 minutorum
cum itaque elevatio poli supra circulum positionis stelle sit maior nunc polari
undecime domus minor autem nunc polari duodecime, concludo stella esse in un-
decima domo, similiter in aliis casibus te expedias

exim

22

Triplex coniunctio

Utrum due stelle utrumque posite in uno circulo positionis iaceant
explorare, Tribus modis stellarum coniunctiones astronomi considerant
Primo quidem secundum circulos per polos ecliptice incedentes quorum videlicet unus
illius circulus ambas complectitur stellas Secundo secundum circulos per polos mundi
incedentes Tertio autem secundum circulos meridiano et orizonti in duabus eorum sectio-
nibus convenientes, hoc genus hali expositor centiloquii ptolomei diligenter
observare solet quod magnam in nativitatibus vim habeat, huiusmodi igitur
coniunctionem in hoc proposito querere instituimus, sint ergo videlicet stelle posite in
uno tali circulo an non id aut per vigesimum problema expeditum est, Nam
si stellis propositis una et eadem fuerit elevatio poli borealis super circulum
positionis coniunctas modo predicto enuntiabimus Si vero diverse fuerint ele-
vationes poli super circulos positionum non erunt coniuncte Oportebat ante omnia
stellas ipsas in una et eadem domorum circularum meridiano et orizonte distinctarum
constitutas esse Simili argumento utemur circa quecumque duo puncta celi quorum
eorum coniunctionem sic desideramus Nullo hic exemplo opus esse reor propter
facilitatem prolixitatis

23

Ablatis duabus stellis aut duobus punctis celi possint ne modo
predicto coniungi infra diem unum naturalem perscrutari. Scito primo
utriusque stelle declinationem atque ascensionem rectam Deinde subtrahe
ascensionem rectam unius earum ab ascensione recta alterius et
relinquetur differentia huiusmodi ascensionum rectarum quam vocabimus intervallum equi-
noctiale id autem intervallum minus esse debet [180 gra] semicirculo Nam si maius
evenerit convenientius agendum est minuendo videlicet ascensionem a qua facta fuit
subtractio ex reliqua accommodato integro circulo si opus fuit Si autem huiusmodi

variatio est foliorum

A

d

quam distantiam demo ex ascensione recta stelle precedentis et relinquitur ascensio recta medii celi 40 graduum et 18 minutorum. Ascensio autem recta solis est 91 graduum et 38 minuta, qua demo ex ascensione recta medii celi accomodatis 360 gradibus ut remaneat elongatio solis a meridie 332 graduum et 40 minutorum, qua divisa per 14 exeunt 22 hore et 11 minuta, quibus a meridie transactis hec coniunctio fieri necesse est. Hoc autem pro corolario tenendum est quod quelibet due stelle opposite aut penitus non coniunguntur modo predicto aut bis coniunguntur infra diem unum naturalem, semel quidem supra terram et semel sub terra. Unde si cum declinationibus assumptarum stellarum ingressus fueris tabulam atque stelle sint sub orizonte, reperies quod ipse coniunguntur sub terra in titulo supra quem polus elevatur 26 gradibus et 41 minutis, quemadmodum iam pridem ostendebat.


29

Dato quotcumque ascendente in orizonte quolibet reliquarum domorum initia certificare. Superius traditum est quo pacto duodecim celi domicilia rationabiliter constituantur sumpto exordio ab angulo medii celi, ubi enim per additionem continuam tricenorum graduum ad ascensiones rectas medii celi ascensiones obliquas initiis celi quarundam domorum respondentes ac deinde per tabulas singulis domibus appropriatas reliquarum domorum principia didicimus. Hic autem dato ascendente ex tabula regionis per septimum problema ascensionem eius obliquam hauriemus, a qua si triginta gradus reiecerimus ascensio obliqua initio duodecime domus debita relinquitur. Item ab eadem ascensione obliqua duodecime domus triginta gradus abiecti ascensionem obliquam undecime domui pertinentem relinquent. Quod si adhuc triginta gradus dempseris ascensionem rectam medii celi conspicies. At que tricenorum graduum additione continua super ascensiones obliquas ascendentis prime et secunde domorum oblique ascensiones conflari solent. Supervacuum autem videtur denuo monere quo pacto prefatarum domorum principia per ascensiones suas obliquas investigentur, cum antehac in octodecimo problemate id satis explanatum sit. Cuius itaque memorati negocii gratia presens problema edidisse videamur tenore verborum id persuadente, longe tamen spectabiliorem metam cursim in hoc obiectam arbitrati sumus, que ut cognitu facilior reddatur paulo distantius ordiendum est. Solent egregii astrorum iudices vitam parentum ex genitura filii primogeniti et econtra diiudicare, statuendo verbi gratia locum solis quidem in nativitate diurna filii, locum autem saturni in nocturna tamquam ascendentem patris. Itemque locum veneris quidem in genitura diurna, lune autem locum in nocturna pro ascendente matris. Hinc enim domorum celi eliciunt ordine accidentiaque parentibus obventura pronunciant. Non aliter faciunt pro moribus fratrum, filiorum, uxoris, amicorum ac inimicorum discernendis, ponendo verbi gratia singulorum significatores pro ascendente, que res quanti sit momenti vix paucis docere possemus; id ergo aliunde petendum silentio preterimus ad ceptum negocium principaliter descensuri. Cum itaque figuram patris libere erigere volueris et sol nascente filio fuerit in ascendente, non erit figura patris diversa a figura filii. Si autem sol in meridiano extiterit, adde ascensioni recte solis 30 gradus et habebis ascensionem rectam principii secunde domus pro figura patris. Item ascensioni recte secunde domus adde 30 gradus et congregabitur ascensio recta principio tercie domus debita. Similiter per additionem continuam

parentum figura

eiusdemorum graduum habebis ascensiones 2e 3e 5te et 6te domorum
Unde per quintum problema propria dictarum domorum et deinceps domorum
oppositarum cognosces Sole autem in angulo occidentis constituto cuspides
domorum in figura prius non different a cuspidibus domorum filii Verum
aliud erit principium inchoationis domorum septima enim filii erit prima patris
octava autem filii pro secunda patris accipietur et ita de reliquis ex ordine Quod si sol
in genitura filii angulum terre occupaverit non aliter quam si in medio
celi esset operabimur Significatore autem patris nullum dictorum angulorum
tenente elevatione poli borealis super circulum positionis in quo iacet significator
qui circulus orizon etiam significatoris appellabitur per vigesimum problema
addisces Et si fuerit dictus significator in medietate celi orientali secundum orizontem
regionis quere ascensionem obliquam eius in orizonte suo per septimum
problema Item numeros polares domorum ad eundem orizontem quibus rebus
comprehensis per ea que in principio presentis documenti exposui duodecim
celi domos quesitoris constitues Si autem significator patris fuerit in medietate
celi occidentali accepta elevatione poli super orizontem eius numeris polaribus
domorum inventis ad eundem orizontem quere descensionem eius obliquam
ad orizontem suum Deinde autem non aliter procede quam ante habet de sole precipimus
quando in occidentali orizonte filii ponebatur Memento tamen exposita hactenus
dumtaxat veritatem tenere quando significator huiusmodi latitudine prorsus caret
Namque si latitudinem quantamcumque habet inventa elevatione poli super circulum
positionis sue ad orizontem suum quere punctum cum quo oritur in eodem suo
orizonte si fuerit in medietate orientali aut punctum cum quo occidit in orizonte
suo si fuerit in medietate celi occidentali Deinde cum illis punctis
ecliptice procedas quemadmodum antea fecisti cum significatore non habente latitudinem
exiii In exemplo sit genitura alicuius filii primogeniti 22 horis et 29 minutis a
meridie transactis secundum dies equatos in regione habente latitudinem 48 graduum
sole existente in fine vigesimi sexti gradus cancri Volo constituere locum solis
per ascendente patris et exinde totam domorum figuram elicere Subtraho
22 horas et 29 minuta a 23 horis remanent 31 minuta unius hore que equi-
pollent 7 gradibus et 45 minutis equatoris aut paralelli solis Quare dico
solem distare a meridiano versus orientem 7 gradibus et 45 minutis Declinatio autem
solis septentrionalis erit 21 graduum cum qua et predicta distantia solis a meridiano
ingrediar tabulas positionis ad 48 gradus latitudinis et secundum documentum
vigesimi problematis invenio elevationem poli borealis super circulum positionis
solis 6 graduum eo autem circulo positionis deinceps utar tamquam orizonte regionis
habentis latitudinem 6 graduum Intro igitur tabellam domorum regionalem
cum 6 gradibus elevationis poli et ex directo eorum invenio numerum polarem
decime undecime trium graduum huius autem polarem duodecime 5 graduum et 11
minutorum quorum vice accipio 5 gradus propter brevitatem Ascensio obliqua
solis ad latitudinem 6 graduum est 115 gradus et 42 minuta a qua ascensione
subtraho 30 gradus et remanent 85 gradus cum 42 minutis pro ascensione
obliqua duodecime domus patris Item ex ascensione obliqua duodecime
minuo 30 gradus remanent 55 gradus et 42 minuta pro ascensione undecime
a qua demum subtractis 30 manent 25 gradus cum 42 minutis pro ascensione

recta decime domus. Rursus per continuam additionem tricenorum graduum ad ascensionem obliquam ascendentis secundum loci solis elicio ascensionem obliquam huius domus 164 graduum et 12 minutorum, ascensionem vero obliquam tercie domus 164 graduum et 12 minutorum. Ex illis vero ascensionibus invenio cuspides dictarum domorum et earum diametraliter oppositarum quemadmodum in 18° problemate traditum est, decime quidem 24 gradus et 21 minuta arietis, undecime vero 29 gradus et 2 minuta thauri, duodecime 28 gradus et 8 minuta geminorum, huius 12 gradus et 34 minuta leonis, tercie vero 24 gradus et 22 minuta virginis.



Significatorem quemlibet ad locum promissorum quemcumque secundum signorum consequentiam artificialiter dirigere. Priusquam ad operationem descendatur, nonnulla vocabula presentis negocii diffinienda sunt. Dirigere non est aliud quam movere spacium donec locus secundus traducatur ad situm primi. Sic enim accipit Ptolomeus clarissima astrorum, et quando locus secundus ponitur ad circulum in quo iacuit locus primus, vel econtra locus primus transfertur ad circulum in quo ponebatur locus secundus, circulum dico concidentem meridiano et orizonti in utraque eorum communi sectione, qui superius circulum positionis appellare libuit. Locum autem primum voco eum cuius notitia per me meterum (?) venit, a quo dirigere videor. Locus vero secundus est is ad quem dirigitur primus. Locus primus plerumque vocari solet significator, quia nativitatis (?) rei habitudinem in celo presentat. Locus autem secundus nonnunquam promissor appellabitur, quia futurum aliquod accidens sive bonum sive malum portendat. Significator itaque virtutem secundum receptum aliquid a promissore in certo tempore cuius quidem temporis quantitate directio metiri solet quemadmodum iudicibus placet. Directio est motus primi mobilis quo videlicet significator traducitur ad situm promissoris aut econtra. Solet tamen ut plurimum accipi directio pro arcu equatoris qui transcendit vel transcendit intervallo quod est inter significatorem et promissorem respectu circuli positionis in quo alter eorum iacet. Unde et dirigere tunc dicimur quando huiusmodi arcum docte invenimus. Duplicem autem directionem distinguere solet astrologi quarum una quidem vocatur directio directa in qua videlicet locus secundus, idest promissor, intelligitur transferri ad situm primi, idest significatoris. De eam directio secundum signorum successionem. Alia autem vocatur conversa sive contra signorum successionem in qua locus primus intelligitur transferri ad locum secundum. Hac sola directione utuntur iudices pro parte fortune aut aliis partibus et pro planetis retrogradis. Cum igitur significator in meridiano extiterit sive supra terram sive sub terra, subtrahe ascensiones eius rectas ab ascensionibus rectis promissoris, adiecto si opus fuerit integro circulo 360 graduum, et relinquitur directio significatoris quesita. Si autem fuerit in ascendente, minue ascensionem eius obliquam ex ascensione obliqua promissoris, et enim reliqua manebit directio significatoris quesita. Non aliter operaberis per descensiones si significator fuerit in occidente: subtracta enim descensione obliqua significatoris a descensione obliqua promissoris relinquitur directio quesita. Verumtamen si significator non fuerit in aliquo dictorum angulorum, per decimumnonum problema scitur distantia eius ab angulo medii celi si fuerit super terram aut ab angulo terre si sub terra extiterit. Deinde per vicesimum problema elevationem poli borealis super

Marginal notes:

24

haly in quarto super centum quadraginta (?) ... xo. locus ante ... est locus stelle et locus sequens est locus ... et applicant hec loca sequens ad loca antecedentia secundum ascensiones antecedentis loci, hic intelligitur in directione secundum consequentiam signorum contrario modo est in directione conversa

Duplex directio

Contra signorum successionem hoc modo

ubo. 24

orizontem significatoris a circulum positionis addiscas Postea ad eandem
elevationem poli computa ascensionem obliquam stelle per septimum quinde
problema si latitudine caruerit stella ipsa per decimum ac si aliquam habuerit
latitudinem sumite ad eandem elevationem poli ascensio obliqua pro
missoris invenietur dempta quoque ascensione obliqua stelle ex ascensione
obliqua promissoris residuum numerabit directionem quesitam Si autem
significator fuit in parte occidentali celi descensio obliqua significatoris
ad eandem elevationem poli super circulum positionis accepta per octavum quinde
problema si nullam habuerit latitudinem per undecimum ac si quam habuerit
latitudinem descensio namque minuenda est ex descensione obliqua promisso
ris eodem [ad eandem elevationem poli] accepta sic enim relinquetur directio quam querebas Nulla plu
ribus exemplaribus computatore hic opus est si ea que circa ascensiones ac de
scensiones tradidimus memoriter et operari sumus didicisti

26 Quo pacto significator quispiam contra signorum successionem
dirigendus sit lucubrare Directio significatoris cuiuspiam
contra signorum successionem similis est directioni secundum signo
rum consequentiam hoc vero considerato quod ascensiones et descen
siones accipiantur secundum positionem promissoris et non significatoris ac si promissor
dirigendus esset ad locum significatoris Sic enim subtrahes ascensiones
rectas promissoris ab ascensionibus rectis significatoris si in mediano con
stitutus fuerit promissor Ascensiones autem obliquas promissoris ad latitudinem
regionis sumptas ab ascensionibus obliquis significatoris si promissor
in ascendente iacuerit aut descensiones huius a descensionibus illius si an
gulum occidentis tenuerit promissor et relinquetur directio expectata Quod si
nullum dictorum angulorum promissor habuit inventa primus elevatione
poli borealis super circulum positionis sue subtrahes ascensiones eius obliquas
ad eandem elevationem poli sumptas ab ascensionibus obliquis significa
toris ad eandem poli elevationem acceptis accomodato integro circulo 360 graduum
quotiens opus fuerit quod enim relinquetur directionem ostendit quesitam

27 Ad quem locum zodiaci directio significatoris cuiuspiam secundum
signorum successionem perveniat in aliquo anno proposito investi
gare Si in radice nativitatis vel alterius principii fuerit si
gnificator in mediano sive supra terram sive sub terra Ascen
sioni eius recte adde numerum annorum transactorum ab instanti illius radicis
gratio id est pro quolibet anno unum gradum equatoris dicte ascensioni recte adiectas
et aggregati tanquam ascensionis recte quere arcum ecliptice reiecto prius
integro circulo si opus fuerit Directio enim significatoris memorati in anno se
quenti eos annos quorum numerus additus est ascensioni recte prefate perveniet
ad gradum qui sequitur immediate arcum ecliptice iam inventum Si autem
significator fuit in ascendente numerum annorum transactorum adde ascensioni
oblique significatoris ad regionem propositam aggregatum enim erit ascensio
obliqua cuiuspiam arcus ecliptice cui immediate annectitur gradus ad quem
perveniet directio, cuius quidem arcum ecliptice per tabulam regionis agnoscas

e

b intervallum semicirculo equale esse stelle proposite nequaquam modo predicto coniungi
possent Considera deinde utra stellarum prior ad meridianum perveniat
hoc per ascensiones earum rectas facile coniecies eam etenim precedentem appellabis
reliquam vero sequentem preterea sciendum utra earum polo boreali vicini-
or existat quod quidem ex declinationibus earum addisces Nam si equales
et ad eandem partem equatoris habuerint declinationes non erit earum coniunctio
possibilis nisi etiam simul sint longitudine zodiaci coniuncte quod genus
coniunctionum in proposito nobis non est cure. his ergo sic prefatis querere utriusque
stelle declinationem in latere sinistro tabule positionis ad regionem tua facte notando
etiam partem declinationis utriusque primo quidem supra terram deinde vero sub
terra et e directo utriusque declinationis ponere binas numeros distantiarum
a meridiano usque ad finem tabule Nam si sub una et eadem elevatione poli
distantias a meridie invenies quarum due equalis fuerint intervallo equino-
ctiali supius signato possibilis erit dictarum stellarum coniunctio Item si inve-
neris duas huiusmodi a meridiano distantias minus dicto intervallo equinoctiali
distantes et alias duas dictis immediatas plus eo intervallo distantes. item
possibilitatem coniunctionis perdocebis Ut autem scias in qua parte celi coniunctio
talis eveniet illud accipe argumentum quod si stella precedens meridionalior est
sequente et pars declinationis accepta est super terram, memorata coniunctio erit in
terra orientali supterranea. Dum vero precedens stella septentrionalior exstiterit
in terra occidentali supterranea coniunctionem evenire necesse est. Si igitur parte decli-
nationis sub terra acceptis et stella precedens septentrionalior fuerit terra occi-
dentali ipsam coniunctionem subterranea habebit. Parte item declinationis
sub terra si fuerit usus et stella precedens meridionalior extiterit in terra ori-
entali subterranea procul dubio tali coniunctioni locus vendicabitur. Hora
preterea memorate coniunctionis opertum est agnoscere, per distantiam quamlibet utriusque
stellarum a meridiano ac ascensionem eius rectam, ascensionem quoque recta
medii celi cognosces ex qua itemque et ascensione solis recta decimonono
problemate docente horas a meridie usque ad instans dicte coniunctionis exactas
docte computabis. Elevationem vero poli borealis supra circulum positionis in quo
stellas ipsas coniungi oportebit directe supra distantias stellarum a meridiano
in fronte tabule offendes. Quod si quidem unius excessus distantiarum a
meridiano minor fuerit intervallo equinoctiali supradicto. alter vero maior eo atque
ideo coniunctio stellarum possibilis uti paulo ante recitavimus volumusque
scire declinationem poli elevationem borealem super circulum positionis in quo conve-
nient, subtrahe minorem excessum distantiarum a maiore excessu distantia-
rum a meridie et residuum voca numerum primum. Deinde excessum dista-
ntiarum receptarum sub minori elevatione poli confer ad supradictum interval-
lum equinoctiale. Dictam quoque eorum per numerum primum statue. Talis autem numeris inferius
negotio ipso erit sexagenarum [illegible] ducatur atque sint in tertium et productum
partire per primum notata diligenter denominatione quemadmodum in aliis [illegible]
operationibus fieri solet. exhibet enim numerus [illegible] quod elevationem poli minori
addendorum. Hoc pacto elevationem poli super circulum positionis stellas ipsas
coniungente coniunctionem computabis. Distantia vero utriusque stellarum a meridiano
per instanti talis coniunctionis hac lege scrutaberis. Vide quidem duabus
distantiis proximis alterius duarum stellarum inter distantias magnas
quas ante hac contrectavimus acceptas quoque partem proportionalem de differentia earum sim

proportionem minutorum elevationis poli in primum minutorum ad 60 adicias prime
distantie a meridiano si minorem fuerit offenderis aut ab ea minue si maior, quod
enim vel congregabitur vel relinquitur prout res ipsa postulat distantiam stelle a
meridiano pro instanti coniunctionis patefaciet. Voco autem primam distantiam a
meridiano eam que sese lectori prius offert a latere sinistro tabule dextra
versus eundo, que videlicet elevationem poli minorem supra se habet. ¶ Exempli gratia

exm

habeat stella quedam 2 gradus virginis cum latitudine meridionali trium graduum,
alia autem in fine quarti gradus virginis reperiatur cum latitudine septentrionali unius gradus,
Sol vero 7 gradus cancri optineat. Volo explorare an dicte stelle possint coniungi
infra diem naturalem in regione habente latitudinem 28 graduum, et si coniungentur qua
hora id futurum sit. Prima stella per primum problema habet declinationem septentrionalem
8 graduum, secunda autem declinationem septentrionalem 11 graduum. Item per tertium problema
prima habet ascensionem rectam 142 graduum et 44 minutorum, secunda autem 146 graduum et
16 minutorum. Subtraho itaque alteram dictarum ascensionum ab altera, minorem scilicet
a maiori, et relinquuntur 3 gradus cum 21 minutis quos appello intervallum
equinoctiale. Cum autem ascensio recta prime stelle sit minor ascensione recta
secunde stelle, necesse est primam stellam prius pervenire ad meridianum quam secundam. Primam
ergo vocabo precedentem et secundam sequentem. Est et precedens stella meridionalior sequente
vel minus distat a polo australi quam secunda cum declinatio eius septentrionalis
minor sit declinatione septentrionali sequentis stelle. Quero itaque declinationes di-
ctarum stellarum in latere sinistro tabule positionum ad 28 gradus latitudinis,
atque stelle sint supra terram, et e directo earum transcurrendo binas earum
a meridie distantias sub elevatione poli 26 graduum reperio distantiam precedentis
a meridie 77 graduum et 10 minutorum, distantiam autem sequentis 80 graduum et 24
minutorum. Harum distantiarum excessus est 3 gradus et 14 minuta, qui cum sit
minor 3 gradibus et 21 minutis iam concluditur possibilitas coniunctionis future in
circulo super quem polus elevatur 26 gradibus. Sed quoniam dictus excessus minor
est intervallo equinoctiali, transeo ad sequentes duas distantias quarum una
scilicet stelle precedentis est 83 gradus et 24 minuta, alia autem stelle sequentis est 86
gradus et 47 minuta. Excessus harum distantiarum est 3 gradus et 22 minuta, maior
est intervallo equinoctiali, quare concludo stellas memoratas coniunctum iri. Cum
autem precedens stella meridionalior sit stella sequente et declinationes accepte
sint atque stelle supra terram existant, coniunctio earum erit in quarta orientali
supra terram. Ut autem instans coniunctionis michi innotescat prius invenio
elevationem poli super circulum positionis in quo coniungentur hoc pacto. Excessus primarum
distantiarum est 3 gradus et 14 minuta, excessus autem secundarum est 3 gradus
et 22 minuta, quorum differentia scilicet 7 minuta statuo pro primo divisore. Item excessum primarum
distantiarum minuo ex intervallo equinoctiali et relinquuntur 6 minuta que per secundo
tempus ...? est 60 minuta duco, sunt in totum producunt 360 secunda que divido
per 7 minuta et exeunt 41 minuta fere addenda 26 gradibus elevationis poli circuli
